HERODIANUS
Italien, Ende 15. Jh. Seite 98r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



adhibeatur. Quinque et Alexandro suisque Amicis: qui
cum eo erant non parvus ipsius Italie Metus
inerat. Non id periculum ex Persis: quale ex Ger
manis sibi imminere arbitrabantur. Nam qui sub orien
te habitant, Longissimo terre Marisque intervallo
seiuncti vix Italiam audiunt. Illyricas gentes
angustas esse: et non multum terre sub Romanis
habere: et Germanos finitimos ac vicinos Italis
facere. Quare invitus et egre expeditionem de
clarat. Vocante tamen ipsum necessitate, Relictoque
exercitu: quantum ad Defendendas Romanorum ripas
satis esse putavit: et Castris presidiisque accuratius
Muro valloque munitis: et partis denique cunctis
rebus: que extremo exercitui usui forent: ipse
cum reliqua multitudine in Germanos contendit.

In Germanos expeditio.

Peracto summo studio itinere in ripis Rheni con
stitit: ubi quod Germanico bello necessaria videbantur:
comparabat. Flumen navibus intercepit: quibus invi
cem compactis Pontem extruxit: quem facile
Militibus transitum allaturum putavit. Maximi
autem fluviorum qui sub Arcto fluunt Rhenus est
et Ister. Alter Germanos: Peonas Alter

Rhenus et Ister: Peones.